712

Matkowski sororii ssuis consortem statuet.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneal. Premisliensibus Nobilis Lex Matkowski Kunkiewicz sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis, proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse se, ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus haereditarijs et obligatorijs, mobilibus et immobilibus saramisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis Nobilibus Fedorio et Procopio Matkowskim Szczepanowicz fratribus inter se germanis, eorumque posteris inscribit et obligat praesentibus. Nobilem Anastasiam Matkowska consortem sui Recognoscentis legitimam ad faciendum et recognoscendum per ipsam Inscriptionem Abrenunciatoriam de bonis paternis et Maternis summisque ex eisdem bonis in Vim dotis et expeditionis ipsam concernentibus in rem et Manus praefatorum Nobilium Fedorij et Procopij Matkowskich fratrum consortis suae germanorum fiendam ad Acta quaevis Regni authentica perpetua intra decursum Medij anni cum personali sui Recognoscentis assistentia adducere et personaliter statuere, ac ea ut praemissa debite exequatur efficere Idque sub vadio Centum florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem sive eius posteros suprascriptis Nobilibus Matkowskim Szczepanowicz vel eorum successoribus ob non statuitionem eiusdem consortis suae statuendae vel in eventu mortis successorum illius pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complendae, praefataque consorte sua non statuta statuendae ... existens memoratus Regni Nobilis Lex Matkowski Kunkiewicz

Memoratus

113

Kunnerovicis sive eius Successores ad Instantiam praefatorum Nobilium Iedko et Procopij, Matkowskich Czepczelowskow fratrum inter se germanorum vel eorum posterorum ad Officium praesens Castren Capitan. Praemislien. exhinc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, vadium statum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesen. Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori, minorennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta, ad Lictorem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem istam proximos Officij praefati Castren Capitanealis Praemislien terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, neque dimissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, Sa[illegible] talitiis, praescriptione Terrestri bello, Conventioneque, ac alijs [illegible] iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis evadendo. Hac sua praesen personali Recognitione ac praemissorum mediante.

Terlecki Hnickiemu obligat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis Praesen Praemislien Nobilis Mathias Terlecki, Sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competen. recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemislien Iurisdictioni, quoad actum hunc attinet, seque cum successoribus et bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria cohaereditaria infrascripta videlicet Cetery [illegible] ty na Dworzyszkul do Iwaszkowa Potoka do Brzozadu in[illegible] tas sui Recognoscentis ex vna, ex altera v[illegible]